

Capitulum (nam Spicae nomen non meretur) subrotundo-ouatum, laeve; paruum, saepius quadriflorum.

Calyx communis in capitulo vniuerso diphyllos, in multifloro tot foliolis quot flores constat, ouatis, acutis, concavis, laeuis, lineam longis, (bracteis?)

CAL. *Perianthium* quadriphyllum, foliolis oblongis, margine diaphanis, magnitudine Calycis communis.

COR. monopetala, tubulosa, infera, marcescens, fusca, longitudo calycis, limbo quadrifido, lacinias linearis-oblongis, patensissimis longitudine tubi.

STAM. *Filamenta* quatuor, capillaria, basi corollae inserta, eaque triplo longiora. *Antherae* subrotundae, compressae subdidymae, marginibus dehiscentibus, apice mucrone breui notatae.

PIST. *Germen* subrotundum, bisulcum. *Stylus* longitudine fere statim, pubescens. *Stigma* simplex.

PER. *Capsula* subglobosa, laevis, bilocularis, polysperma.

SEM. ouata, albida.

REC. liberum, siue capsulae vix adhaerens, corolla vestitum.

Habitat cum praecedentibus. **Habitu**, magnitudine et proportione foliorum et scapi insigniter variat.

9.

STATICE ARMERIA. Linn.

S. *scapo simplici capitato, foliis linearibus.* M. S. V. p. 302. n. 1.

In portu Natiuitatis lesta.

10.

CRASSVLA? MOSCHATA. F.

C. *caule herbaceo prostrato, floribus tetrandris.* F.

Caules herbacei prostrati, teretes, articulati, palmates vel spithamei, rubicundi, subramosi, articulis inferioribus pollicaribus.

Folia opposita, petiolata, elliptica, carnosia, vtrinque conuexiuscula, supra punctis eleuatis (lente conspicuis) notata, subtus laeua, patentia,

patentia, exigua. Petioli breues, basi connati, articulos vaginantes.

Pedunculi axillares, solitarii, vniiflori, filiformes, breuissimi.

CAL. *Perianthium* turbinatum, inferum, quadripartitum, foliolis subulatis concavis persistentibus.

COR. *Petala* quatuor distincta, oblonga, acutiuscula, alba.

Nectaria quatuor spatulata purpurea, calyce dimidio breuiora, e receptaculo inter petala et germina.

STAM. *Filamenta* quatuor, subulata longitudine calycis, e receptaculo, cum petalis alternantia, nec eorum vnguibus inserta. *Antherae*

PIST. *Germina* quatuor subtriquetra, conuexiuscula. *Styli* quatuor patentes. *Stigmata* obtusiuscula.

PER. *Capsulae* quatuor, stylis acuminatae, ouatae, subtriquetrae, vniloculares.

SEM. tria seu quatuor.

OBS. Tillaeis hanc plantulam adnumerafsem, nisi adfuissent Nectaria, quae proximam cum Crassulis adfinitatem euincunt. Singulare tamen staminum situ a congenibus differt, pariter ac a Tillaeis.

Habitat in rupibus praecipitibus Insularum Noui Anni. Recens odorem debilem moschi spirabat.

II.

IVNCVS GRANDIFLORVS. Linn.

Tab. V.

I. *folio tereti, flore solitario, terminali, subnudo. F.*

I. *grandiflorus.* M. S. V. p. 341. n. 22. Linn. Suppl. pl. 209.

Culmi plures e radice repente, pedales, teretes, stricti, glaberrimi enodes, nudi, crassitie pennae anserinae.

Folium vnum teres, glabrum, culmo crassius, eius partem tertiam inferiorem membranula marginali vaginans, inde superne canaliculatum, canaliculo demum in striam vix conspicuam desinente. Foliolum alterum exterius vix palmare, totum vaginans, apice

D 2 emarginata.